Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.
Wien, 1794 Seite 2661
Quelle:
Copyright:

toris adſcriptum non habeat, neutri inde Parti quidquam opis adcreſcit. Vide et *Cod.* DLXXXIV.

XVII. *fol.* 313. *Tractatus de arte moriendi.* Initium: *Cum de preſentis exilii miſeria mortis tranſitus* &c. Deficit in fine, ſed integrum habes *Codd.* variis, quorum Index monet.

Codici praetexta eſt membrana, qua *Johannes Prior Domus Carthuſiae* cum Capitulo Generali *Leonhardum Inſtitorem de Medlico* Civem *Viennenſem* et uxorem ejus *Margaretham* in communionem meritorum Ordinis recipit, infinuante domino *Johanne Priore Domus Porte B. Marie Virginis*, quod nomen fuit Carthuſiae *Axbacenſis* in *Auſtria inf. Datum ſub ſigillo domus Carthu. Anno domini Milleſimo CCC. LXXX. IIII. ſedente capitulo generali.* Subtextae vero ſunt laciniae quaedam itidem membraneae continentes, ut videtur, metricum *J. Can.* compendium. Inter alia de *Matrimonio:*

Si ſponſum thalamo ſuſceptum deſerit uxor,
Et fugit ad clauſtrum. fugitiua redibit ad ipſum,
Ni certo poterit examine virgo probari.
Sexus iuratus examinet hoc mulierum
Per digiti tactum uel intuitus oculorum &c.

DCXCVIII.

495 Codex chartaceus lat. boh. Sec. XV. Folior. 292. 4. charactere luculento ſcriptus, et olim τȣ βιȣλιοφιλȣ *Wenceslai Roſſii* Sacerdotis ſaepe memorati, qui *fol.* 87. ſe illum in *Prachaticz* emiſſe et habere ab anno 1517. teſtatur, continet *Sermones* ſacros ab *Adventu dom.* usque ad *Quinquageſimam*, valde populares et multis phraſibus *Bohemicis* intertextos. Sermo I. *Dominica prima in aduentu domini* ſic incipit: *Tempus iſtud quod ex gratia dei expectauimus eſt deuotum eſt tempus ſacrum et aliud non obtinuit quam alia tempora quia dicitur przigitie* (Adventus) *domini noſtri ihesu chriſti in hunc mundum* &c. Quarum partium fuerit Autor, ex hoc *fol.* 26. p. 2. loco intelliges: *Sed iam heu ſol obſcuratus eſt. non lucet multis chriſtianis ſanctum euangelium. Quanti ſunt tales ſacerdotes, qui euangelium ſacrum thurificant, oſculantur, et poſtea hereticant. Iam pro nunc lex chriſti hereticatur, blasfematur. Chriſtus dixit, niſi manducaueritis carnem. Antichriſtus tunc dicit, quod peccat mortaliter qui ſanguinem dei bibit de calice ſine licencia pape. Chriſtus dixit, hoc eſt corpus meum. Antichriſtus tunc, quod non eſt, ſed aliquid aliud, nolo nominare propter corda munda. Hanebnie* (impudenter) *locuntur pikharti de corpore chriſti fugite eos.* Quin e ſequente loco *fol.* 27. ipſum Scriptionis tempus innoteſcit: *Item Luna eſt eccleſia. Iam heu ad conſummacionem ſeculi Luna converſa*

eſt